

zius in *Vita Granatensis* Lib. III. cap. 3. fol. 176. b. testatur *Additiones* has, cum praecedenti opere editas simul fuisse, uno vol. 1580. sed locum impressionis non indigitat. Barcinone, Jacobi Cendrat 1588. in fol. Matrili, apud Thomam Iuntam 1594. in 8. cum *Tabula operum lingua Hispanica scriptorum*, studio Fr. Hieronymi Gomez Ordinis S. Mariae de Mercede, de qua alibi: * apud Fontinentanos nostros. Ibid. ex Typogr. Regia 1604. Gerundae, 1622. in fol. una cum praecedenti opere. Barcinone, 1625. et 1674. etiam cum superiori, fol. Neapoli 1705. Parrini in 8. quam penes me seruo.

GALLICE. *Iohannes Cabanel* Tolosanus idiomate Gallico convertit, et ita inscriptum voluit: *Les additions, ou supplement du Memorial de la vie Chrestienne, auquel est traité de l'amour de Dieu, en la perfection du quel consiste la perfection de la vie Chrestienne.* * Lugduni, Petri Rigaud in 16. anno non 1408. ut perperam praefert titulus, sed 1584. quo, VII. Kal. Iulias opus ab interprete ipso nobilissimae Viragini Magdalенаe Britannicae fuit consecratum. *Nicolaus Dany*, Abbas S. Crispini ad Suesiones, eadem lingua Gallica donavit, edens sub hoc titulo: *L'Arbre de vie, ou Traité de l'amour Divin.* Parisiis, Guillelmi Chaudiere 1575. in 16. Ita *Echardus*, addens

Superiora Opera Ascetica, nempe, *la Guia, el Memorial, i Adiciones, de la Oracion*, etc. simul prodiisse elegantibus typis Antuerpiae, apud Christophorum Plantinum 1572. IX. voll. in 8. quae editio, ut ipse inquit, exstat Parisiis in Regia D 3667. et seqq. Est et alia Hispanica Barcinone facta apud Sebastianum de Cormellas 1625. II. voll. in fol. quorum I. pagg. 229. habet, II. vero 263. * Fontinenti in Bibliotheca nostra.

V. *Introduccion al Simbolo de la Fè*, partibus quattuor coalescens, in quibus de admirabili opere creationis, ac de Christianae Religionis dignitate, Mysteriisque nostrae Redemptionis, atque articulis tractatur. Grandis molis opus atque omnigena eruditione plenum, Cardinali *Gaspari a Quiroga* Archiep. Toletano, et Generali Hispaniarum Inquisitori, inscriptum. Vbi et quo anno primum in lucem fuerit editum, mihi haud liquet; nam ante impressionem Antuerpiae apud Plantinum 1572. V. tomis in 8. eleganti caractere, quam memorat *Echardus*, nul-

nullus dubito, quin in Hispania nostra aliquae praecesserint. Porro ex his quae subsequutae sunt, haec mihi notae. Salmanticae, Haere dum Matthiae Gast 1582. fol. Caesaraugustae, Dominici de Portonariis Vrsino 1583. in fol. * Ibid. anno sequenti, iisdem typis in fol. * Barcinone, Jacobi Cendrat 1584. fol. * quae mihi est in usu. Iterum Barcinone, eodem anno in fol. Ioh. Paulli Manescal, Damiani Bagés, et Hieronymi Genovés. Salmanticae, 1585. Ibid. Cornelii Bonardi 1588. fol. * quam editionem ab ipso Auctore auctam et recognitam laudat *Bibliotheca Card. Imperialis* pag. 217. Barcinone, Huberti Gotard 1589. sumptibus Balthasaris Simon in fol. * Matrili Thomae Iuntae 1595. voll. III. in 8. quae editio elegans, teste *Echardo*, exstat Parisiis in Regia D 3679. Rursus Barcinone, Hieronymi Margarit 1614. in fol. * Gerundae, Gasparis Garrich 1620. fol. * Matrili 1642. et 1646. Ioh. Antonii Bonet in fol. * apud Fontinentanos Nostros. Ibidem 1676. fol. ex fide *Pinedi*.

LATINE. Opera et studio *Iohannis Paulli Gallucii* Saloënsis prodiit hoc titulo: *Catechismus in Symbolum Fidei, in quo de nostrae Fidei praesentis, et de praecipuis illius Mysteriis agitur, quae sunt, mundi creatio, et humani generis redemptio, cum aliis ad haec duo Mysteria annexis, in quattuor partes divisus.* Venetiis, ex Officina Damiani Zenarii 1586. in 4. praemissa *Epistola* ad ipsum *Granatensem* Kal. Iunii MDLXXXVI. benevolentiae ac venerationis plena. Exstat haec editio in nostra Valentina. *Possevinus* et *Antonius* laudant aliam Venetam 1587. et Coloniensem, Gervini Calenii et haeredum Ioh. Quentelii 1589. etsi *Echardus* et *Taxander* habeant 1588. in 4. nisi dicamus, diversam esse a praecedenti. Prodiit iterum Coloniae 1593. 1595. in 8. ex fide *Clessii* in suo *Elencho*, pag. 138. et rursus 1602. cuius meminit *Bibl. Bodleiana* pag. 300. col. 2. *Taxander* pag. 80. et *Clessius* in *Elencho Auctorum saeculi XVI.* pag. 139. memorant *Catechismum in VI. Libros* ab Ilsele Latio donatum, et Coloniae, Quentelii 1600. in 4. editum; qui forte est alia versio eiusdem operis.

Partem primam, quae est de mirandis naturae operibus, *Gaspar Manzius*, I. C. etiam edidit Latine inscribens: *Philosophia Christiana. De admirabili opere creationis, et quomodo per creaturas ad creatoris cognitionem perveniatur.* Ingolstadii, Geor-

gii Haënlini 1650. et 1651. in 8.

PERSICE. Hoc idiomate donatum fuisse constat, nedum ex *Mugnozio* laudante Fr. *Antonium de Gobeia* Eremitam Augustinianum, Episcopum de Sirene, in *Itinere suo Persico* Lib. I. cap. 13. fol. 38. ubi hic adserit se, dum a nobili quodam Veneto Persarum Regi ea lingua versum opus ac elegantissimo Codice compaginatum offerretur, praesentem fuisse; verum etiam ex *Antonio de Leon Pinelo*, *Epitome de la Bibliotheca Oriental* T. I. Tit. IX. col. 246. editionis 1737.

ITALICE. *Philippus Pigafetta* convertit, evulgavitque Venetiis 1585. in 4. quae laudatur in *Bibliothec. Bodlei.* pag. 300. col. 2.

Echardus T. II. in *Append.* pag. 826. laudat huius Operis versionem *Italiam* sub titulo: *Introduzzione al Simbolo della Fede*, quoad quattuor priores partes. Venetiis 1596. in 4. An alia a praecedenti?

GALLICE versum idem opus cum *Quinta parte* per Fr. *Simonem Martin* Ordinis Minimorum, typis mandatum fuit Parisiis Ludovici Boullanger 1646. et 1648. in fol. Addidit Interpres notulas, ac citationes: sed versio est parum adcurata.

De ea, quam postea suscepit Dominus *Girard*, quamque publicavit Parisiis 1672. in 8. alibi opportunius.

VI. *Quinta parte de la Introduccion del Simbolo de la Fè*, in quattuor alias distributa, quae sunt antecedentium veluti appendix et compendium. Nuncupavit Auctor Serenissimo Card. *Alberto*, Lusitaniae tunc Governatori. Primam editionem nullus refert. Adferam quas notas habeo: Salmanticae, Cornelii Bonardi 1588. in fol. cum IV. *antecedentibus*. * Matriti, Thomae Iuntae 1595. in 8. * in Archiepiscopali Valentina. Barcinone 1597. fol. quam memorat etiam *Thomas Hyde* pag. 300. col. 2. ex Typographia Iacobi Cendrat, cum IV. *prioribus Partibus*. Ibid. Sebastiani de Cormellas 1603. fol. una cum iisdem. * apud Augustinianos Valentinos. Gerundae, ex Officina Gasparis Garrich 1620. in fol. simul cum antecedentibus partibus eiusdem Operis.

LATINE. *Quintam partem* pulcherrime *Latio* donavit idem qui *Introduccionem Gallucius*, praeco subiiciens Venetiis 1587. quae

quae et prodiit Coloniae, Caleni et Haeredum Quentellii 1589. in 8. et Lugduni, Ioh. Bapt. Buysson 1597. eadem forma, ex fide *Echardi*.

ITALICE. *La Quinta parte della Introduzzione al Simbolo della Fede*, studio laudati *Philippi Pigafettae*. Venetiis, Francisci de Franciscis 1587. in 4. II. Voll. et Genuae, eodem anno, in 4.

Prodiit etiam Venetiis, Damiani Zanari 1590. *La Quinta parte, cioè, l' Epitome, ovvero compendio dell' Introduzzione del Simbolo della Fede*: de qua dubitat *Echardus*, an sit alia versio a praecedenti? Verum huius suspicionis nullum indicium nobis adfert.

GALLICE. *Nicolaus Colin*, Canonicus Remensis, *Gallicam* dedit V. *Partem*, quam Parisiis excussit typis Guillelmi Chaudiere 1587. in fol. Lugduni 1588. et deinceps pluries, ut inquit *Echardus*, memorans aliam editionem Parisinam, Viduae Chaudiere, Aegidiae Haëte, Roberti Fouet, et Nicolai Buon 1601. in 4.

Gabriel Chappuys, teste eodem *Echardo*, aliam *Gallicam* versionem edidit Parisiis, Roberti Fouet 1605. in 8. inscriptam: *Abregé du Catechisme*. Quae recusa est ibidem 1607. in 4. hoc titulo: *Livre II. du Catechisme de Grenade, faisant la cinquieme partie de son Introduction au Symbole de la Foi*. Quae editio apud Parisienses Nostros ad Sancti Honorati.

VII. *Tratado, en que se declara de la manera, que se podrá proponer la Doctrina de nuestra Santa Fè i Religion Christiana a los que se convierten de los Infieles*. Salmanticae, Cornelii Bonardi 1588. fol. * Barcinone, Huberti Gorard 1589. in fol. * Matriti, Thomae Iuntae 1595. in 8. * in Biblioth. Archiepiscopali Valentina. Rursus Barcinone, 1597. typis Iacobi Cendrat, in fol. * Gerundae, Gasparis Garrich 1620. Eadem forma; semper ad calcem V. *Partis Introductionis ad Symbolum Fidei*.

LATINE interpretatus est *Andreas Schottus*, Tomoque I. amplissimae Collectionis Latinae Operum *Granatensis*, Coloniae 1628. inseruit.

ITALICE. *Philippus Pigafetta* laudatus *Italico* idiomate donavit, sub hoc titulo: *Trattato del modo dell' insegnare i misteri della nostra Fede a coloro che essendo prima Infideli si convertono*.

Venetiis, Francisci de Franciscis 1587. in 4. et Genuae, eo ipso anno, in 4. etiam, una cum V. Parte Introductionis a se quoque Italice conversa.

GALLICE. *Traité de la maniere et metode d'enseigner les misteres de nostre Foi aux Infideles*, versus a Gabriele Chappays supra memorato, iuratum cum V. Parte Introductionis ad Symbolum Fidei, Parisiis 1607. in 4.

Le Catechime traduit par Nicole Colin, Chanoine Tresorier en l'Eglise de Reims, Lugduni, Iohannis Pillehoste 1592. cuius meminit Echardus T. II. pag. 290. col. I.

VIII. *Sermon fundado sobre estas palabras del Apostol: Quis infirmatur, et ego non infirmor?* II. ad Corinth. 2. en que se dá aviso, que en las caídas publicas de algunas Personas, ni se pierda el credito de la virtud de los buenos, ni cese, ni se entibie el buen proposito de los flacos. Seorsim prodiit Olisipone 1588. in 8. quae editio in Regia Escorialensi. Compluti, 1589. in 12. Valentiae Hederanorum, Michaëlis Borrás, eodem anno 12. * in Bibliotheca Maiansiana. Antuerpiae, apud Plantinum 1590. in 8. Rursus Olisipone 1591. in 12. quae etiam exstat in Escorialensi. Et iterum Valentiae, Iosephi Garciae 1734. in 4. * Subiicitur passim Introductioni ad Symbolum Fidei, ut videre est in editionibus Barcinonensi, Huberti Gotard 1589. in fol. * Matritensi 1595. in fol. * Barcinonensi, apud Sebastianum de Cormellas 1603. in fol. * Gerundensi 1620. fol. typis Gasparis Garrich. * Matritensi 1646. Ioh. Antonii Bonet, fol. * quae exstat in nostra Fontinentana, et in aliis quamplurimis seu Lingua Castellana, seu in versionibus Gallicis, Italicis, atque Latinis.

LATINE. Interprete M. Iohanne Craesio, cuius versionem adfert Schottus in sua Collectione, Tomo II.

ITALICE. Iohannes Dominicus Florentius hac lingua a se donatum publicavit sub hoc titulo: *Trattato dello scandalo*, etc. Romae, Titii et Paulli Diani 1589. in 4. et postea Bergomi, Comini Venturae 1593. in 12. Ita Echardus.

GALLICE quoque translatum esse, et versionibus Introductionis ad Symbolum Fidei eadem lingua factis adhiberi, constat ex ea, quam Fr. Simon Martin Ord. S. Francisci de Paula publi-

blicavit Parisiis, Ludovici Boullanger 1646. et 1648. fol. sub hac epigraphe: *Le Catechime, ou l'Introduction au Symbole de la Foi, savoir les cinq parties, et le sermon du scandale*, Quis infirmatur, etc.

IX. *Instruccion i reglas de bien vivir, para los que empiezan a servir a Dios, mayormente en las Religiones*. Barcinone, Claudi Bonardi 1566. in 8. Matriti, Antonii Parra 1618. in 12. Exhibet etiam noster Thomas Trugillo in Libro, cui titulus: *Misericordias del hombre, i de los varios sucessos de su vida*, etc. Barcinone, apud Haeredes Paulli Mali 1597. in 8. a fol. 324. ad finem, * in nostra Valentina.

GALLICE. Teste Echardo, Cl. V. Paullus du Mont Gallice interpretatus est, tribuens hunc titulum: *Instruccion de bien vivre*. Duaci 1585. et 1592. in 16. Laudat etiam hanc aliam editionem: *Manuel d'oraisons et spirituels exercices avec une brieve Instruccion et regle de bien vivre pour ceux qui commencent a servir Dieu, specialement aux Monasteres, traduit de l'Espagnol du R. P. Grenade*. Parisiis, Guillelmi Chaudiere 1579. in 16. Fortasse est alia versio ab ea, quam Paullus du Mont elaboravit.

X. *Compendio de la Doctrina Espiritual*. In qua haec continentur: I. *Un compendio del Libro de la Oracion i Meditacion*. (cuius meminit ipse in Praef. ad Lectorem editionis *Ducis Peccatorum* Salmanticae 1579. ut supra vidimus sub N. I. huius §.) II. *Otro Tratado de la Oracion vocal*. III. *Una instruccion i regla de bien vivir*. IV. *Otra para los que comienzan a servir a Dios, mayormente en las Religiones*. V. *Una breve disposicion para la Confesion i Comunion*. Hunc Libellum, ut ex aliis operibus natum, nepotem suum appellabat *Granatensis*, ut refert Mugnozius eius *Vitae* Lib. III. cap. 3. fol. 179. a. Prodiit primum Olisipone, vivo Auctore. Tum Barcinone 1566. Matriti 1618. in 16. rursus Barcinone, apud Thomam Valsiana 1650. in 16. * et iterum Matriti, Gabrielis de Leon 1677.

LATINE. Antonius Dulckenius Agrippinas, qui, ut inquit Theodorus Petreus Bibl. Carthuf. pag. 10. plura pia ac devota Opuscula materno ab ipsis Auctoribus Idiomaticè conscripta, ingenti piorum hominum cum profectu, latinis auribus dedit, in hanc

hanc linguam convertit, ac Coloniae publicavit 1607. apud Iohannem Crithium in 12.

POLONICE. *Simon Wysocki*, qui obiit 1622. Polonice translulit, inscribens: *Speculum hominis Christiani*, ut testatur *Alegambe* pag. 423. col. 1. opus non diversum a *Doctrina spirituali*, ut *Echardus* suspicatur.

GALLICE. Hoc idiomate donatum studio *Iohannis Chabanel Tolofani*, excusum fuit sub titulo: *Le miroir de la vie humaine*. Parisiis, *Roberti de Fizelier* 1584. in 16. teste *Verderio* in *Bibl. Franç.*

XI. *Breve Tratado de oraciones i ejercicios de devocion muy provechosos, recopilados de diversos Autores*, pagg. 62. ad calcem editionis *Libri Contemptus Mundi a se Hispanice conversi*, Salmanticae 1569. in 8. typis *Vincentii de Portonariis*. * *Matriti*, 1599. in 16. apud *Petrum Madrigal*. Compluti, *Sebastiani Martinez* 1586. in 8. * quae editio locupletior exstat in *Bibliotheca Maianiana*. *Caesaraugustae*, *Caroli de Lavaien* 1606. in 16. *Ibid.* Haeredum *Petri Lanaja* 1673. in 16. et *Matriti*, 1677. apud *Iosephum Fernandez de Buendia*.

LATINE. *Orationes et exercitia spiritualia Latine reddita per Ottonem Senheim*, Coloniae *Iohannis Kinckii* 1618. in 12. laudantur a *Draudio* in sua *Biblioth. Theol.* pag. 444. ex testimonio *Echardi*.

XII. *Breve memorial, i guia de lo que deve hacer el Christiano. Contiene sumariamente lo que se deve hacer para la salvacion. Algunas Oraciones muy devotas para pedir el amor de Dios, i para otros propositos. Siete Consideraciones para los dias de la Semana, por donde deven empezar los que de nuevo se convierten a Dios. El Tratado del Vita Christi, en que sumariamente se contienen los principales Pasos, i Misterios de la Vida de Christo, i otros Misterios del santissimo Rosario.* Opus ab Auctore scriptum ac in lucem editum ante annum 1566. in quo illud longe auctius, ac in aliam redactum formam prodiit sub titulo: *Memorial de la Vida Christiana*, etc. cui praemisit *Admonitionem* illam recte perpendendam, quam supra Num. III. huius §. integram subieci. Ad editiones quod attinet, excusum est etiam *Salmanticae*, *Petri Laso* et *Ioh. Moreno* 1577. quam repraesentat-

tavit impressio *Matritensis*, apud *Bernardum de Villadiego* et *Gabrielem de Leon* 1677. quamque sequutus est etiam *Fr. Dionysius Sanchez Moreno*, Tomo III. suae *Collectionis* anni 1679. Huic vero Opusculo (quod sub inscriptione a nobis tradita exhibetur Tomo VII. editionis *Operum Granatensis*, vulgo *de Valverde* dictae, a pag. 608. ad 759.) ad maius Lectoris commodum quaedam addita fuerunt ex superioribus Operibus excerpta, quae in editionibus aliquibus desiderantur.

XIII. *Dialogo de la Encarnacion de Nuestro Señor*, Interlocutoribus Sanctis *Ambrosio*, et *Augustino*. Hunc primus edidit *Diagus* noster (praemissa eiusdem *Granatensis Vita*) a nostro *Francisco de Olibera*, seu *de Olqueira*, qui Auctore iam sene et oculis caligantibus dictante scripserat, acceptum. *Barcinone*, *Sebastiani de Cormellas* 1605. in 8. Recusus est non numquam ad calcem operis antecedentis, et in *Collectionibus* amplioribus, de quibus postea.

LATINE. Teste *Echardo*, cum altero *Traçtatu* eiusdem *Granatensis de scrupulis conscientiae*, ad calcem *Vitae* ipsius ex *Hispana* nostri *Diagi* Latine etiam translatae, vidit lucem Coloniae, apud *Kinckium* 4614. in 12. quae editio Parisiis in *Regia D 3683*. Rursus *ibidem*, 1619. 12. ex fide *Nicolai Antonii*.

ITALICE. *Discorso dell' Incarnazione del Signore*, del R. P. *Fr. Luigi di Granata*, tradotto della lingua Spagnola in Italiano, per *Fr. Paullum Minervam* Apulum Ord. Praed. de quo *Echardus* T. II. pag. 547. col. 1. ad an. 1645. ubi sub Num. II. refert hanc versionem inter Opera laudati *Minervae* typis publicata; sed non addit locum et annum impressionis.

GALLICE. Anonymus quidam *Franciscanus Gallice* convertit sub hoc titulo, ut videre est in *Bibliotheca Telleriana*, pag. 265. col. 2. *Histoire de la vie du P. Louis de Grenade*, par le P. *Diago du mesme Ordre. Plus deux Traités spirituels du mesme Grenade: le tout traduit d'Espagnol en François*. Parisiis *Roberti Chaudiere* 1608. in 12. *Leges Ximenium* T. I. *Script. Valent.* ad an. 1615. pag. 269. col. 2.

XIV. *Vida del P. Maestro Juan de Avila, de sus virtudes, i grandes predicaciones*. Quo anno primum sub praelo sudaverit, haud equidem scio. Verum certe cum *Operibus* eiusdem de

Avila prodiit Matrili, Petri Madrigal 1588. in 4. * quae editio in Bibliotheca Maiansiana, et Coll. Corp. Christi Valentino.

LATINE. *Iohannes Craesius*, qui supra *Latinam* dedit, quam versionem *Schottus* Collectioni Coloniensi 1628. adhibuit, T. III.

GALLICE. Litteris Gallicis donavit *Iohannes Baptista Saniurius*. Parisiis, Viduae Camuzat, 1641. in 12. ut Auctor est *Echardus*.

XV. *Vida de Don Fr. Bartholomè de los Martires, Arzobispo de Braga, de la Orden de S. Domingo*. Exhibet integram roster *Iohannes Lopez* Episcopus Monopolitanus IV.P. *Hist. Gen. Ord. Praed.* Lib. III. a pag. 655. ad 686. edit. Vallisoletanae 1615. in fol.

GALLICE. *Isaac le Maître de Sacy*, vir clarissimus, et illustris Galliae scriptor, *Gallice* dedit in Libro, cui inscriptio: *Vie de Dom Barthelemy des Martyres, tiré de son Histoire écrite en Espagnole et en Portugais par cinq Auteurs, dont le premier est le Pere Louis de Grenade*, etc. eaque est vita, quae sub nomine *Noviciatus Generalis Parisiensis Ord. Praed.* edita est Parisiis, Petri Petit 1663. in 4. et rursus in 8.

§. III.

QVAE SCRIPSIT LVSITANICE.

I. **C**ompendio de la Doutrina Christiana. Lusitanice scriptum iussu Reginae Catharinae, rusticis in vilis et montanis Portugalliae distribuendum. Olisipone, typis ac sumptibus Regiis circa 1560. et Salmanticae, Matthiae Gast 1586. in fol. quae laudatur in *Bibliotheca Cardinalis Imperialis*, pag. 217.

HISPANE. Fr. *Iohannes de Montoia* Ordinis Nostri reddidit ac publicavit sub hoc titulo: *Compendio de la Doctrina Christiana, dividido en tres partes. La I. trata de los Articulos de nuestra Santa Fe Catholica. La II. de los diez Mandamientos. La III. de la Oracion, i de los siete Sacramentos*. Granatae, Sebastiani de Mena 1595. in 4. Quae editio apud nostros Fontinentanos. *

Aliam

Aliam versionem adornavit Fr. *Henricus de Almeida*, Dominicanus et ipse, inquit *Mugnozius* Lib. III. *Vitae Granatensis*, cap. 3. fol. 177. quam, *Montoiae* consilii inscius publicavit Matrili, eodem anno. Alterutra ex his Hispanicis versionibus prodiit Gerundae, apud Gasparem Garrich 1622. in fol. Matrili, Gregorii Rodriguez 1650. fol. et Barcinone, 1651. quam ultimam extare Romae in nostra Casanatensi, *Echardus* fidem facit T. II. in *Append.* pag. 826. col. 1.

GALLICE cum inscriptione hac: *Sommaire de la Doctrine Chrestienne*, exiit in Vulgus, Parisiis, 1605. in 8. ex fide ipsius *Echardi*, qui licet addat extare apud nostros Insulenses, a quo tamen haec versio elaborata sit, non meminit.

Certe Fr. *Simon Martin*, Ordinis S. Francisci de Paula, aliam elucubravit, ac Parisiis edidit 1651. de qua mox, quum de Collectionibus Gallicis institutam sermonem.

II. *Treize Pregações das principaes Fiestas de Christo, et da sua Santissima Mãe*. Has examinavit Fr. Franciscus Forerius noster, magnus ille Concilii Tridentini Theologus, ex commissione Cardinalis Infantis, Inquisitoris Generalis in Regnis Portugalliae. *Lusitanice* etiam scriptae sunt, et ad calcem operis antecedentis editae.

LATINE. *Martinus Martinez* Latinis auribus dedit has conciones, quas sic versas Tomo II. Collectionis Operum *Granatensis* Coloniae 1628. *Schottus* exhibet.

HISPANE. *Trece Sermones de las principales Fiestas del año, traducidos de la lengua Portuguesa por un Religioso de la dicha Orden*. Granatae, Sebastiani de Mena 1595. in 4. sumptibus Ioh. Diaz, ad calcem *Compendii Doctrinae Christianae* proxime laudati, *Hispane* redditi a nostro *Iohanne de Montoia*. Ad interpretem *Sermonum* quod attinet, eos non a se versos, sed ab alio eiusdem Ordinis Sodali, *Montoia* ipse fatetur; quem non alium a nostro *Henrico de Almeida* autumat *Echardus* T. II. ad an. 1595. pag. 315. col. 1. nescio quo nixus fundamento.

§. IV.